



O. i. 810 (1-39).

Q. D. B. V.

QVAESTIONEM:

*VTRVM QVIS SALVO OFFICIO  
SOCIETATI NOMEN DARE POSSIT,  
CVIVS LEGES ET INSTITVTA ANTE  
PRAESTITVM IVS IVRANDVM  
PLANE IGNORAT?*

PRAESIDE

**IO. ADAMO FLESSA**

REGII CONSIST. ADSESSORE, S. THEOL. PROFESS.  
AC GYMNASII ACADEMICI DIRECTORE

IN

GYMNASIO ACADEM. ALTONANO

D. V. APRIL. A. O. R. CICDCCXLIII.  
H. L. Q. C.

*DISQVISITIONI EXPONET*

ACADEMIAE CANDIDATVS

**ANDREAS CHRISTIANVS**

**PLVTSCHAV**

BEYDENFLETHA HOLSATVS.

---

LITTERIS KOENIGIANIS.

**XX**

*20.*

QVÆSTIONEM:  
ARTVM QVIS SVA NO OFFICIO  
SOLVET TALI NVMENI DABRE POSSIT,  
CUNIS MECIS ET MISTIS A VNT  
PRAESERVATUR & IN RINDUM  
PRAEVE INNOVAT.

PRAESTO

IO: ADAMO FLESI

RECI CONSU ET ADDRESSORI & THEO: PROTECTORI  
VO GYMNASI ACADMICI DIRECTORE

CYMASTO ACADMIA ALTONANO  
ATATA A.D. M. CCCCXVII  
H. I. O. C.  
DUDANONIATIONE

ACADEMIE CANDIDATAS

ANDREAS CHRISTIANUS

PIATSCHA

SUDENFELDII HORSTAS

LITERAE HEBRIDIANAE

XX

VIRO  
PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
DOMINO  
ANTONIO HILDEBRANDO

POTENTISSIMI DANORVM AC NORVAGORVM REGIS

A CONSILIIS STATVS

AC PRAEFECTVRAE STEINBVRGENSIS

ADMINISTRATORI

PATRONO SVMMA PIETATE VENERANDO.

**P**lurima sunt ornamenta, VIR PERILLVSTRIS,  
quibus NOMEN TVVM fulget. Elegantiores  
illae ac tranquillae litterae, quas summi semper  
homines in deliciis habuere, mirifice abs TE amantur.  
Virorum, quos limatioris doctrinae commendatio ef-  
fert, consuetudine libenter uteris. Ingenia, quaे poli-  
tiorum artium cultu exsplendescunt, amas, et iuuas,  
et ornas. Humanitate morum adeuntes ad TE extem-  
plo capis. Infimo cuique affabilis, grauis nemini, ad  
officia promptissimus, ipsam saepe rogandi necessita-  
tem anteuertis. Munus admirabili cum fide, probita-  
te, iustitia, prudentia obis. Has uirtutes, VIR PERIL-  
LVSTRIS, in TE multi admirantur. In quibus ego  
principem locum nemini facile concesserim. At pe-  
culiares etiam habeo caussas, cur TE uenerer. Amici-  
tiae, qua Parentem meum dignatus es, uberrimi fructus

ad me quoque redundarunt. TV mihi consulere, TV  
mei curam animo gerere, TV benevolentiam re, quam  
uerbis libentius praestare numquam desisti. Quae me  
res ita ad spem excitat, ut non possim prosperum re-  
bus meis euentum non ominari. Habes, VIR PER-  
ILLVSTRIS, caussas, quibus exstimalor, ut splendi-  
dum NOMEN TVVM huic dissertationi praefigam.  
Id munusculum et leue, nec TVA satis PERSONA  
dignum, ut benigne humaniterque accipias, obseruan-  
tissime oro atque obtestor. Vtere, VIR PERILLV-  
STRIS, Numine propitio, Rege clemente, ualetidine  
prospera, rebus florentibus, uita diurna, gloria perpe-  
tua! Ego et pro TVA incolumitate Deo immortali  
semper supplicabo, et caelesti adiutus ope allaborabo,  
ut ne fauore TVO plane indignus uidear


### PERILLVSTRI NOMINI TWO

ALTONAE  
d. xxviii. Martii  
ccccxxxiii.

cultor deuinctissimus

ANDREAS CHRISTIANUS PLÜTSCHAU.

S. I.



## §. I.

**S**ocietatem ineunt, qui consentiunt inter se, *Quid soncietas?* ad communem finem obtainendum. Recte igitur definitur (*a*) societas coniunctio plurium personarum, ad obtainendum certum finem. Quum Paullus ac Siluanus exploratum haberent, beatum quid (*b*) ac diuinum esse, CHRIS TVM cruci adfixum gentibus adnuntiare: Summa uterque consensione itineri se dedere (*c*), ut coniunctis studiis, consiliis, labore, periculo doctrinam caelestem inter nationes terrarum orbis, quacumque possent, circumferrent. Socii ergo fuere.

## §. II.

Neque repugnant nostrae sententiae, quod ad rem ipsam, qui societatem pactum seu consensum plurium de communi fine obtainendo (*d*) definiunt. Hi enim indolem ipsam, seu internam naturam societatis, quae pacificando (*e*) seu mutuis promissis coalescit, contemplantur;

A 3

Illi

(*a*) Vid. CANZIVS de Ciu. Dei c. II. §. 3. THOMASIVS Iurispr. Diu. I, I. §. 91. seqq.

*Alia de finitio.*

(*b*) II. Cor. III, 6. Cap. IV, 1. 2.

(*c*) Acta Apost. XV, 36. 40. Conf. Gen. XI, 4. 6.

(*d*) REV SCH in Metaph. §. 113 I.

(*e*) PYFENDORF Lib. I, c. 9. de O, H. & C.

Illi respiciunt ad euentum, qui consensionem paciscentium consequitur. Simul enim, atque aliqui uoluntate propositoque se copulatos animaduertunt, de coniunctio-  
ne ipsa cogitare solent.

## S. III.

*Quid con-  
sensus?*

Consentire dicimus eos, quorum uoluntas ad idem tendit. Lucius Catilina, P. Lentulus, C. Cethegus, ac plures alii conspirarant Romae (*f*), ad magistratus tollendos, urbem incendendam, rempublicam opprimendam. Ille, fax tanti sceleris, in oratione ad conscos (*g*) his utitur uerbis: *Vobis eadem, quae mihi, bona malaque esse intellexi. Nam idem uelle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Apparet, omnium uoluntatem ad idem inclinatam, id est, ad perniciem reipublicae. Longe nobilior ac diuinior prisorum erat Christianorum consensio, qui communes (*h*) omnes fortunas habebant. Laudat ea re suum MINVCIVS FELIX (*i*) Octauium, qui tanto amici semper amore flagrauerit, ut et in ludicris, et seriis pari mecum (en uerba MINVCII!) uoluntate concineret, eadem uellet, uel nollet. Crederes, unam mentem in duobus fuisse diuisam. Christiani enim, quorum eruendam prorsus et exsecrandam Caecilius appellat consensionem (*k*), ut corpore, sic multo excellentius animo in unum locum conuenire solebant, ut CHRISTVM laudibus ferrent. Qua de re pulcre TERTVLLIANVS (*l*): *Corpus su-*  
*mus*

(*f*) CIC Catil. I, 3 lqq.

(*g*) SALVST. coniurat. Catilin. c. 20.

(*h*) ACT. Apost. II, 44.

(*i*) In Octauio c. I.

(*k*) I. c. cap. 9.

(*l*) Apologet. adu. gentes. c. 39.

*mus de conscientia religionis, et disciplinae unitate; et spei foedere. Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum, quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Haec uis Deo grata est.* Idem (l<sup>l</sup>): *In cuius perniciem aliquando conuenimus? Hoc sumus congregati, quod et dispersi; Hoc uniuersi, quod et singuli: Neminem laedentes, neminem contristantes.*

### §. IV.

Fieri potest, ut complurium uoluntas ad eandem rem inclinetur, (§. III.) neque tamen alii aliorum mentem reſciant. Consentire itaque omnes *inter se* oportet. Quod ut fiat, declarandus est consensus ope certorum signorum. Signum autem repreſentat rem ab ſe diuersam. Siue igitur quis per litteras, ſiue per nutum, ſiue per sermonem, ſiue per clamorem, (m) ſiue per gestum, ſiue per calculum, ſiue per tabellam (n), in altero cogitationem exercitet, ſe ad eius uoluntatem ſententiamque accedere, id perinde fuerit: Dum modo de consensu conſtet. Appellant iuris naturalis consulti declaratum (o) consenſum, eundemque ex regione taciti collocant, aut *praefunti*.

*Consensus  
quotuplex?*

### §. V.

Qui consentiunt, aut *nude* id faciunt, aut praeterea *iure* *inurando* ſe obſtringunt. Inuocant autem iurantes Deum ut testem (p) fidei certae, ut uindicem et ultorem fidei *tus.*

*fractae*

(l<sup>l</sup>) I. c.

(m) LIVIVS III. 62.

(n) PVFENDORF in I. N. ac G. III. 6. p. 370 ſqq. ac I. N. HERTII adnotata.

(o) G. G. TITIVS in obſeruat. ad PVFEND. de O. H. ac C. §. 205. ſqq.

(p) Genes. XXXI, 48. 53.

fractae. Iam quo augustinior est, quo iustior, quo potentior caelestis numinis maiestas: Eo arctius est vinculum, et sanctius, et religiosius, quo societas ad ipsum Deum prouocans continetur. Quod si qui ad scelera patranda (q) iuris iurandi religionem adhibere uellent, si profecto de numinis uel sanctitate, uel iustitia parum reuerenter sentiant necesse est. Nam tantum abest, ut inuocatio Dei ad res prauas conferri posse videatur: Ut ne quidem fas sit, eam ad leuioris momenti negotia, si suis maiestati diuinae honos constare debet, traduci. Palam autem simul est, inter modos consensum manifestandi gradus (r) dari, quorum aliis alio maior sit, expressior, fortior.

## §. VI.

*Quid finis?* Quum finis, ex sententia Philosophorum, (s) aut potius rationis ipsius, ea res sit, propter quam quis agit: Facile intelligitur, communem finein appellari eum, cuius cauſa unus quisque nomen dat societati. Quod pri-  
mum exemplo Cretensem, deinde ueterum Christianorum illustrabimus. Cretenses quum omni fere tempore pessime audirent, ut ipse PAVLVS (t) Apostolus uer-  
sum Poetae EPIMENIDIS, (u) quemadmodum multi putant, Κέντες ἀεὶ θευταί, κακὰ θηριά, γατέρες ἄργαί, suo adprobaret suffragio; Atque praeter reliquam morum foeditatem, ut PLATO (x) tradit, perpetuis semet factio-

(q) Psalm. L. 16. fqq.

(r) Jos. XXIV, 18. 24. 26. 27.

(s) HEBENSTREIT Philos. Prim. p. 802.

(t) Tit. I, 12.

(u) CLEMENS Alexandr. Strom. L. I. f. 219. edit. Lugd. B. an. 1616.  
Add. M. GOTTSCHALKII Diff. Altiorfin. de Epimenide Propheta, et B.  
WOLFIU Cur. Philol. ad l.c.

(x) L. I. de leg. f. 565. edit. Lugd. 1590.

nibus, bellis, odiisque intestinis lacerarent: Tamen, ubi uis externa ingruere uidebatur, infesta signa et arma illi-  
co coniunxere, ut hostem peregrinum summa concordia  
propulsarent. Quod *συγκριτικόν* erat, ac *συγκριτικόν*,  
PLVTARCHO (y) teste. Paratissima gens ad ciuiles  
discordias redintegrandas, simul ac metus externi periculi  
euanisset. Fini igitur communi Cretenses potiebantur,  
non quum otio frui, sed quum ab armis externis immu-  
nes alii alias lacescere poterant. Comparat ERASMVS  
(z) cum hac gente Mallos et Sudracos, rectius Oxydracas,  
apud CVRTIVM. (a) Priscorum autem Christiano-  
rum disciplina quam sanctum sibi, quam egregium, quam  
omnis posteritatis memoriae praedicandum finem statue-  
rat! Eum PLINII (b) minoris testimonio, hominis pro-  
fanae religioni dediti explicabo, qui ad Caesarem Traian-  
num scribit, *sacramento se Christianos non in scelus aliquod*  
*obstrinxisse, sed ne furtu, ne latrocinia, ne adulteria com-*  
*mitterent, ne fidem fallerent, ne depositum appellari abne-*  
*garent.* Neque TERTULLIANVS (c) aliud narrat:  
*Cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid*  
*praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit, aut re-*  
*cognoscere.* Certe fidem sanctis uocibus pascimus, spem eri-  
ginus, fiduciam figimus, disciplinam praceptorum nihilominus  
inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, cauti-  
gationes et censura diuina. Erat itaque Christianis in com-  
mune propositum, meliores, innocentiores, sanctiores  
fieri.

## B

## §. VIII.

(y) De fraterna carit. f. 414. edit. Graec. Froben.

(z) in Chiliad. Cent. I. II.

(a) IX, 4.

(b) L.X. ep.97. Conf. BOEHMERI Diff. de confederata Christianorum dis-  
ciplina, ad Plin. et Tertull.

(c) Apologet. c. 39.

## §. VII.

*Quid me-  
dia?*

Ad finem non peruenitur per saltum. Alias existeret aliquid, cuius ratio reperiatur nulla. Opus igitur est adminiculis et subfidiis, quae eo nos ducant. Quidquid autem rationem continet, cur finis existat, id Philosophorum sermone *medium* uocatur. Iam qui consentiunt interesse, ut ad metam quandam communem finemque procedant: Eos necesse est uiam circumspicere, qua illuc eatur. Ac decet, iis adminiculis uti, quorum ope finem attingere queant. En elegantissimam seriem ex P A V L O: (d) Qui seruari cupit, opem I E S V implorat. Qui opem I E S V implorat, fiduciam in eo collocat. Fiduciam in eo qui collocat, is de eo audiuerit, eumque cognouerit, oportet. Audiri nihil potest sine praecone. Praeconibus opus est missione. Quam ob rem mittuntur, ut praedicent; Praedicant, ut audiant; Audiunt, ut cognoscant; Cognoscunt, ut confidant; Confidunt, ut implorent; Implorant, ut seruentur beatique reddantur.

## §. VIII.

*Quid leges  
societatis?*

Qui ad certum finem amice conspirant, ii aut de adminiculis etiam solliciti sunt, (§. VII.) uiamque describunt, qua eundum sociis est, ac rationem agendi limitibus certis designant; aut omnia permittunt arbitrio consociatorum, dummodo ne a fine aberretur. Si solus finis praefigatur, is ipse norma fuerit rerum meditandarum, tentandarum, gerendarum. Quem finem ubi ante oculos positum intuentur, qui in tabulas sodalitatis relati sunt, semper habebunt regulam, ad quam consilia et actiones suas

(d) Rom. X, 13. 14. 15.

suas componant. Vim autem ac robur ipsa consensione accipit. Sin praeterea praecipiatur, quid, quoue pacto agendum, eaque ab societatis arbitrio dependeant, instituta solent appellari. Quare norma, ad quam siue ex indele finis ductam, siue ex arbitrio determinatam, consilia et actiones societatis ordinantur, eius leges et instituta erunt.

### S. IX.

Homines nati sumus, praestantissimis quidem facultatis praediti; At usque quaque limitibus circumscripti. *Natura hominis, et facultates.*  
Habemus tunc cogitandi. Repraesentamus nobis multa, et distincte quidem. Iudicamus, colligimus, aliud ex alio deriuamus. Ordinem rerum connexionemque perspicimus. Quid? Appetimus, auersemur. Velle, nolle possumus. Recordamur praeterea. Ingenio pollemus. Sensu ualemus. Corpus mouemus. Mira mutationum uarietas in nobis animaduertitur: siue mutationes eae ab interna nostra ui profiscantur, siue ab rebus externis oriantur. Insignes in aliis mutationes producimus, siue uolentibus, siue iniuitis. Eleganter CICERO: (e) Nec uero, inquit, illa parua uis naturae est, rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisque qui modus? Itaque eorum ipsorum, quae ad speciem sentiuntur, nullum aliud pulcritudinem, uenustatem, conuenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulcritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandum putat. Et apud eundem (f) Cato maior miratur

B 2

tan-

(e) Offic. I, 4.  
(f) de senectut. c. 20.

tantam celeritatem animorum, tantam memoriam praeteritorum, futurorumque prudentiam, tot artes, tantas scientias, tot inuenta. Sed omnem eam uim, quam sitam esse in nostra natura intelligimus, certis legibus constrictam quasi teneri obseruamus. Multa coartant nos in nobis met ipsi; Multa extra nos. Est quaedam constituta ratio, qua mouemur, qua sentimus, qua percipimus, qua concludimus, qua reminiscimur, qua similitudines rerum perspicimus, qua appetimus, qua auersamur: A qua ratione discedere non licet. Atque ea lex naturae est. Quae ab eo profecta, qui naturam condidit, pro uoluntate diuina merito accipitur. Atque haec a Theologia naturali in praesenti mutuamur. (g)

### §. X.

*Lex naturae.*

*Societas  
humanigen-  
neris.*

Homines quum simus nati, ipsa nascendi conditione societati adscripti sumus. Soli neque possumus esse, neque nobis solis uentre. Quod si quis deliberato consilio fugiat omnem reliquorum hominum consortium; Tamen in eius potestate non erit, solitudinem semper collere. Faciamus, eum in desertam insulam auehi. An prohibere poterit, quo minus eo et alii aut nauibus ad pulsi ueniant, aut tempestatibus iactati ferantur? Accurate CICERO (b) de uniuersi generis humani societate: Eius, inquit, uinculum est ratio et oratio: Quae docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines, coniungitque naturali quadam societate. Neque ulla re longius absensus a natura ferarum. Ac paullo post: Latissime quidem patens hominibus inter ipsis, omnibus inter omnes societas haec est: In qua omnium rerum, quas ad-

com-

(g) Vid. CANZ de Gia. Dei, sect. I. c. I.

(b) De Offic. I, 16.

*communem hominum usum natura genuit, est seruanda communitas.* Recte CICERO naturalem societatem dicit, reliquis omnibus confociationibus ut priorem tempore, ita nobiliorem iure, si a fraterna Christianorum fodalitate discedamus.

### §. XI.

Multae sunt, praeter nos genusque humanum, res Res extra nos. aliae, suis quaeque finibus destinatae, quae certo modo, quamquam uarie, ad nos nostrumque statum referuntur. Quam mira uarietas rerum? Quae copia animantium? Quae agrorum opes? Quae marium ac fluminum diuitiae? Ea omnia sicuti se ad nos certa quadam ratione habent: Sic rursus nos habemus ad illa. Prout iis utimur, aut abutimur, status noster erit mutationibus uariis obnoxius. Neque penes nos est, circa omnia uersari, quemadmodum luet. Adficiunt nos, pro sua unum quodque indole, ac constitutione.

### §. XII.

Interna naturae nostrae conditio, quae suis undique limitibus continetur, (§. IX.) monet nos, impellit, urget, ut ne extra istos terminos erumpere conemur. Si corpus ac membra aliter moueantur, ac leges motus praecipiant, uis eis adfertur, dolor infligitur, laesio adeat. Si sensuum instrumenta peruersi applicentur, aut plane corrumpantur, res corpori nostro praesentes aut falso, aut omnino non repraesentabuntur. Unde facilis in errorem lapsus erit. Itaque ad regulam sentiendi reuocamur. Nisi uim imaginandi iustis carceribus inclusam teneamur, sexcenties molestiam creabit, turbas ciebit, quadrata ro-

tundis miscebit. Philosophi graues dicunt sententias; Theologi (*i*) necessariis praeceptis opem ferunt, ne quid res rationis humanae, uel Christiana per eam detrimenti capiat. Quid multa? Omnes praeterea actiones sunt causae rerum aliarum, quae ex iis quasi fluunt, cum iisque copulatae sunt. Aliud ex alio gignitur. Sunt antecessiones, sunt progressus, sunt exitus, quorum alii alios sequuntur. Si consequentia nolis, antecedentia fugias oportet. Itaque tum limitibus naturae nostrae, tum con nexione rerum tanquam incitamentis obligamur, ut naturae conuenienter uiuamus, id est, ut ad legem naturae actiones nostras formemus, ac uoluntati diuinae pareamus, (§. IX, XI.)

## §. XIII.

*Quid bonum, male lumine?* Si nostrae aliarumque rerum naturae conuenienter agamus, adeoque naturae legem sequamur, (§. XII.) bene nobis est; Sin deseramus, male. Illud si faciamus, conditionem nostram perfectiorem beatioremque reddimus. Sin hoc tentemus, imperfectiorem, tristiorem, calamitosiorem. Quare id, quod nos nostrumque statum perficit, *bонum*; Quod deprauat aut destruit, *malum* censemus. Atque in hoc principio legem naturae positam existimamus. Deus laudat (*k*) animalia bruta, quae ducem naturam sequantur; Queritur de hominibus, qui ab ipsa natura descivierint. Atrox itaque ac detestandum id malum ipse rerum auctor esse pronuntiat.

## §. XIV.

*Fines boni, male.* Iam omne id, quod persequimur, et ad quam rem; tanquam ad metam praefixam, contendimus, uel conformatum

(i) Vid. BVD DEI Theol. Mor. P. I. cap. I. sect. 5.

(k) Ief. I, 3. Ierem. VIII, 7. Rom. I, 26. 27. Leuit. XVIII, 23. 24.

formatum est legi naturae, uel minus. Fines igitur mortaliū aut boni sunt, recti, honesti, iusti; aut praui, turpes, iniusti. (§. XIII.) Statutum fuerat C. Caesari (*l*) libertatem, iura, leges S. P. Q. R. armis euertere, tyrannidem inuadere. *Quis* est, quin hos fines improbet, turpesque censeat? Idem existimandum est de via modoque ad uotorum summam enitendi. Si, quibus utare adminiculis ac subsidiis, ea legi aduerſia et inimica reperiantur, *parum legitima* uocantur. Sin cum lege conspirent, *legitima*. Opes parare, uitiae praefidia quaerere, quis id reprehenderit? Finem laudabilem omnes agnoscent, omnes fatebuntur. At ponamus iam latronum audacissimos globos, sceleratissimos conuentus furum et immarium, congregatam unum in locum improbissimorum hominum multitudinem, quae caedibus, rapinis, incendiis omnia foedet, exspoliet, uastet: Vtrum ad finem per se bonum recta quoque uia contendere videbitur? Ducere uxorem, quod ad rem ipsam, uitio nemini uertitur. At quum Rex Dauides nec ab adulterio, nec a caede temperaret, et his criminibus conspurcatus Batsebam (*m*) sibi matrimonio iungeret: *Quis* grauem remouere culpam ab sanctissimo alias uiro poterit? Quod si neque fines, neque media (*n*) fint ad normam legis composita, eo turpior erit actio.

### S. XV.

Actio ad legis normam formata officium dicitur. Co-  
lere autem officium iudicamur, quum neque fines nostri,  
neque adminicula legi uim adferunt, ad eamque offendunt. Contra ea incusamur neglexisse officium, migrasse,  
*Quid of-*  
*ficiū?*

(*l*) CIC. de Offic. III, 21. it. II, 8.

(*m*) II. Sam. XI, 15. 27.

(*n*) Rom. III, 8.

Media uel  
bona, uel  
mala.

uiolasse, quum uel alterutrum eorum desideratur, uel utrumque, (§. XIV.) Iam quoties rerum usus, quoties monumenta litterarum docent, fuisse, qui uel ad exsequendas res prauas conspirarent; uel, etiam si bona in causa uersabantur, iniquis tamen malisque artibus uterentur; uel pessimam causam pessime quoque agerent, ut cum (o) latrones fidem mutuam fallunt. Apparet igitur, *societates legitimas esse alias; Alias non item.* In has qui se conferunt, ii merito contra officium agere uidentur. In illas si qui recipiuntur, saluo id fieri officio patet. Fingamus collegium, quod haeresibus impediendis extirpandisque congregetur. Reputemus, cogi religionem nec posse, nec debere. Faciamus, socios illius collegii, magistrorum haereticae prauitatis, carcere, uinculis, flammis grassari. Iudicium in proclivi erit, tale collegium ad normam legis naturae compositum non esse. Itaque nemo unus saluo poterit officio ei se adscribendum curare.

## §. XVI.

*Saluo officio et bonam conscientiam refertur. Ac reuera saluo officio et animo recti conscientia quidquam administrare, nihil differunt. Est autem conscientia iudicium uel de conuenientia nostrarum actionum et legis, uel de discrepantia. Sententia quum fertur, aut gesta iam res est, aut adhuc gerenda. Iudicamus itaque priore casu, nos aut obseruantes*

(o) Prudenter POLYBIVS: *Nihil admodum priuatorum iniuriae a publicis differunt, nisi multitudine et magnitudine delictorum. Nam et qui priuatim ad scelerum et latrociniorum societatem coierunt, hoc possimum modo perire solent, cum fidem inter se non seruant, et, ut summatim dicam, patet mutua uiolant,* Hist. L. IV. c. 29.

tes legis fuisse, aut non (*p*) obseruantes. En conscientiam consequentem! Posteriore casu, nos salua lege (*q*) agere posse, aut non posse. En conscientiam antecedentem! Vulgo, quamquam minus Latine, iudice Philologorum senatu, negamus *bona conscientia* quidquam aut suscipi posse, aut gestum fuisse.

### §. XVII.

Lex naturae tum est, (§. IX.) tum homines obligat. *Lex duplex: Naturalis, revelata.*  
 (§. XII.) Praeter eam Deus speciali reuelatione leges tulit. Id dari iam nobis postulamus, quum acutissima ingenia inuitis argumentis constabilierint. Quare homines hac etiam lege, simulac cognorint, (*r*) tenentur. Iam quum Deus auctor legis sit, quam naturae infixam sentimus; (§. IX.) auctor item legis, quam reuelatio promulgavit: Obscurum amplius non erit, dupli ratione discedi ab officio posse. Peccatur contra legem naturae; Peccatur contra legem reuelatam. Quibus solum est naturae lumen accensum, ii nisi rationem eius habeant, culpam committunt. Quos reuelationis collustrat lumen, si oberrare in tenebris (*s*) malint, maiori se crimine obstringunt. Culpam poena sequitur. Neque naturalis modo, (§. XI. XII.) sed et arbitrio Dei, rerum hominumque domini, definita. Quis enim potentiae summi Regis terminos designet? Quo grauior culpa, eo atrocior poena. Id sacrae litterae (*t*) passim minantur.

### C

### §. XVIII.

(*p*) Act. Apost. XXIV; 25. Cap. XXIII, 1.

(*q*) I. Cor. VII, 9. Rom. II, 18.

(*r*) Rom. II, 12. Luc. XIII, 47-48. Iac. IV, 17.

(*s*) Ioan. III, 19.

(*t*) Rom. II, 6. 9. Cap. XIV, 12,

## §. XVIII.

*Quid in-*  
*titamen-*  
*tum, seu*  
*motuum?* Quorum uoluntas ad idem tendit, si appetunt illud, tanquam bonum. Neque enim uoluntas alio fertur, quam in id, quod bonum existimatur. Mouet igitur animalium siue uera bonitas et excellentia rei; siue species certe boni, ut trahatur, ut inclinetur, ut cupiat. Mouet animalium prauitas rei, ut abhorreat, ut recedat, ut fugiat. Neque uelle possumus, neque nolle, nisi sit, quo impellamur. *Motuum Philosophis appellatur, magis Latine in-*  
*citamentum, Poetae (u) irritamentum in re mala. Quam-*  
*quam ab hoc uocabulo nec historici (x) abhorreant. Est*  
*autem repraesentatio boni aut mali. Neque uero repre-*  
*sentationi locus est, ubi cognitionem sustuleris. Non re-*  
*praesentationi rerum bonarum, nisi perspectum habeas,*  
*quid tuam sortem feliciorem reddat. Non malarum, nisi*  
*intelligas, aut certe intelligere uidearis, unde tibi miseriae*  
*immineant. Tum demum uoles, tum noles: Vbi de re*  
*in utramuis partem iudicaueris. Ignoti nulla cupidio,*

## §. XIX.

*Quaefio ipsa negatur: I. ex natura bo-*  
*minis.* Iam ad quaestionem accedamus: Vtrum quis saluo hominis officio in societatem se dare possit, cuius leges et instituta ante praefitum ius iurandum plane ignorat? Nos negamus fieri posse. Demonstramus ita. Socii consentiant oportet, idque ad communem finem. (§. I.) Tendunt itaque in idem. Volunt idem, idemque nolunt, (§. III.) consensumque declarant. (§. IV.) Neque in finem tantum, sed in media quoque, in leges, statuta, conditiones societatis consentiant, necesse est, (§. VII. VIII.) Nihil autem uelle posunt, nisi sub repraesentatione boni, (§. XVIII.)

(u) OVID. Metam. I, 140.

(x) LIVIUS XXX, II.

(§. XVIII.) Feruntur itaque in societatem, eiusque finem ac leges, ut in rem bonam et expetendam. Sed haec omnia quum studiosissime celentur, antequam iure iurando quisquam se obligarit, consequitur, ut neque iudicare de iis possint, quippe cum tegantur; neque ut bona appetere, quippe cum ignorent; nec uelle, aut nolle, quippe cum nihil eos moueat, nihilque incitamentorum ex rei praestantia peti queat, (§. XVIII.) Suspendant igitur iudicium oportet, uoluntatem in aequilibrio pendentem, ac quieti sua permissam habeant, in partem neutram inclinentur. Quod si nihilo secius societatem, rem incertam, ignoratam, inexplicatam, pro bona habeant, eandem expetant, eidem nomen dent: A lege uoluntatis ipsi naturae impressa discedunt, (§. XVIII.) Ea uero lex naturae est, quae omnes obligat. (§. XII.) Consequens est, ut naturae parum conuenienter agant, (§. XIII.) officium hominis deserant, (§. XV.) adeoque peccent, ac poenam mereantur. (§. XVII.) Quam ob rem saluo hominis officio nequeunt talem societatem ingredi.

## §. XX.

Ponamus, eam societatem ius iurandum etiam exigere. Promissio iam ac consensus obligat. Consentimus enim in id, quod bonum reputamus, quodque nostrae perfectioni accessiones et incrementa daturum confidimus. (§. XIII.) Addito iure iurando grauior fit ac sanctior obligatio. (§. V.) Consentire in id, quod nescias, est legem naturae migrare. (§. XIX.) Iure iurando si quis se obstringat, fortius adhuc et religiosius consentit. (§. V.) Magis igitur atrociusque legem naturae uiolat. Quod quum ita habeat, turpius peccat. (§. XIII.) Adeoque si quis iurauerit, se leges et instituta societatis seruaturum, quae

*Ius iurandum hic non licet esse.*

ignorat, quaeque pertinacissimo silentio premuntur, scelestius adhuc et immanius uoluntati diuinae obstrepit et aduersatur, (§. IX. XVII.)

### §. XXI.

*Quæstio negatur II.* Quum ipsa nascendi sors in tabulas humani generis, amplissimæ societatis, nos retulerit (§. X.): Naturalis haec et omnium prima communitas iure principatum tenet. *ex natura societas humanae.* Quidquid igitur ab illa alia societate in molestiam, fraudem, terrorem, suspicionem, periculum magnæ illius, et diffusæ, et tam late patentis, quam terrarum orbis patet, cognitionis suscipitur: Id contra humanitatem fieri, et incurrere in legem naturae uidetur. Fingamus, reperiri usquam homines, qui sodalitatem forment, coenantque in corpus; qui fines, leges, instituta, consilia, res suas summa ope dissimilent, et ad miraculum tacere dicserint; qui paullatim regni sui terminos proferant, plures subinde colonias deducant, et suae tam prouidenter ciuitati prospiciant, ut vires acquirat eundo: Quid ad haec reliquum humanum genus? Suspensi animis haerebunt, anquirent, coniecturis se cruciabunt, suspiciones concipient, metuent, odisse denique incipient. Creabit igitur tam taciturna sodalitas aliis, creabit sibi molestiam. Adducit alios in timorem, se in periculum. Impellit alios ad male suspicandum; exponit se tempestatibus paullatim orituris. Paucis: Vitam aliorum, uitam suam reddit meticulousorem, suspectiorem, acerbiorem. Id autem qui faciunt, ii aberrant a lege caritatis, qua quisque sibi, qua homo homini deuinctus est. (§. XIII.)

### §. XXII.

*Quæstio negatur III. ex in-* Est in latissima illa humani generis societate, quam ipsa natura peperit, insignis multitudo aliarum minorum, quas

quas ciuiles appellamus. Necesitas uitae, securitas, iu-  
cunditas, ipse instinctus naturae ac stimuli, quos inditos  
sibi quisque ac connatos animaduertit, homines cum ho-  
minibus copularunt. **CICERO:** (y) *Communis*, inquit,  
*hominum inter homines naturalis est commendatio, ut oporteat*  
*hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum*  
*uideri.* Atque alio loco (z): *Non uides, quam blanda conci-*  
*liatrix, et quasi sui sit lena natura? An putas ullam esse ter-*  
*ra marique belluam, quae non sui generis bellua maxime de-*  
*lebetur? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum ullam*  
*anteferre censes figuram suae? Quid igitur mirum, si hoc eo-*  
*dem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulcrius, quam*  
*bominem putaret?* Dignissima sunt leætu, quae PVFEN-  
DORFIVS (a) loca hanc in sententiam plura congesit.  
Salutis itaque, securitatis, dulcedinis, commodorum cau-  
sa quum homines de libertate naturali consentientes li-  
bentesque quidquam deminuerent, ut res publica et com-  
munis rectius constitueretur: Necessario extiterunt, qui  
imperarent, alii, quibus parendi gloria relinquenteret.  
Vtrisque curae debet esse, ut, quum in unam ciuitatem  
coaluerint, eo tranquillus, tutius, felicius una uiuant.  
Iam comminiscathur, in republica inueniri, qui peculiare  
fodalitium excitare uelint, in arcana quadam disciplina et  
silentii sacramento uim omnem consociationis colloca-  
turi. Hi aut erunt, penes quos summa imperii est; aut  
qui parent; aut utrique. Si, qui parent ciues, insci-  
entibus magistratibus coeant, saluo id conari officio non pot-  
erunt. Est enim eorum, qui rerum potiuntur, tran-  
quillitatem publicam tueri, ac quid expediat communis  
saluti, quid minus, discernere. Qua cura quum defungi  
nequeant,

C 3

(y) *De Fin. III. 19.*(z) *De Nat. Deor. I. 27.*(a) *In I. N. ac G. lib. II. c. 2, §. 7.*

nequeant, si uersandum iis esset in ignoratione multarum rerum, quas obstinatum inuictumque silentium obteget: Palam est, requirenti ac percontanti magistratui nihil plane aperiri non oportere. Neque facile istud silentium cum obedientia conciliari poterit, quam ciues subiecti summo principi aut magistratui debent. Ne quid dicam de metu, in quo uersandum gubernatoribus reipublicae foret, si clandestinis conuenticulis locus relinqueretur. Ciuium itaque nemini licebit, uel in occultam confosiationem sese indere, uel eo se onerare iure iurando, quod magistratus uim infringat, potestatem imperii delumbet, et omnia suspicionibus replete. Alterum est, quod anquiritur: Vtrum forte magistratis liceat? Ne his quidem. Etsi enim soluti uinculo ciuilium legum esse queant; Humanarum tamen ac naturalium non erunt. Quod quis poterit, ut princeps ciuitatis, non poterit, ut homo. Quid? quod Patribus patriae conuenientissimum est, ut ne suspicioni, odio, coniecturis, iudiciis ciuium exponantur. Melius itaque securitati suae atque amori consulent, si iubeant eam, quam descripsimus, societatem res suas sibi habere. Perfectiore frumentur felicitate, quum in amore ac fide ciuium subiectorum quiescent. Quod si neque, qui cum imperio sunt, neque quibus imperatur, nisi uiolato officio, in talem societatem cooptari poterunt: Neutri poterunt. Impatiens igitur res publica erit eius generis sodalitatum.

### §. XXIII.

*Negatur  
quaest. IV.  
ex principe  
piis reli-  
gionis* Ab re publica manu quasi ad societatem Christianam deducimur. Christianum autem esse intelligimus, qui specialem Dei reuelationem, eandemque integrum, sacris traditam litteris, ut normam doctrinae, uitae, spei, actionumque

numque omnium sequitur, et ad CHRISTI praecepta *Christia-*  
 exemplumque res suas omnes componere allaborat. Iam <sup>nac.</sup>  
 uero quum hominis Christiani sit, exquisita diligentia,  
 cura, prouidentia, uigiliis, iejunio, precibus, fratrum  
 etiam sapientia in consilium opemque aduocata, omnes  
 uitae partes circumspectare ac regere, omniaque ad uo-  
 luntatem Patris caelestis exigere, quemadmodum Apo-  
 stolica (b) praecepta iubent: Plane fieri non poterit, ut  
 saluo tam sanctae uocationis officio incertae societatis le-  
 gibus, quas nondum nouit, explorauit, probauit, se se  
 permittat. Quo enim pacto satisfaciet Apostoli adhortationi: *Omnia explorate* (c), si in hoc negotio cau-  
 sae cognitioni exulandum foret? Deinde quam caue-  
 bant Christiani ueteres, ne praeter rem ac necessitatem  
 iurarent! In re autem nondum cognita parum liquet,  
 utrum ius iurandum necessarium sit? An non? Quam  
 grauiter, quamque solicite C H R I S T V S (d) ipse ab  
 leuitate iurandi suos reuocauit! Tum quam iusta Chri-  
 stianorum, quamque aequa ea est cura, ut omnem suspi-  
 cionum materiam, omnem mali speciem (e) longissime  
 ab se remoueant! Denique officium eorum postulat, ut  
 calumniatoribus et obrectatoribus (f) occasionem male-  
 dicendi praecendant. Impellent haec omnia Christianum,  
 cui recte factorum conscientia reliquis omnibus carior et  
 antiquior est, ut ab societate, cuius res tam clandestinae  
 sunt, abhorreat.

### S. XXIV.

Quod si Christianus ad obedientiam, quam magistra- *Ratione*  
*tui* debet, animum ac cogitationes conuertit: Tum plane *obedien-*

*tiae erga*  
*ab magistratu,*

(b) Ephef. V, 10. 17. Rom. XII, 2. Philip. I, 10.

(c) I. Thess. V, 21. (d) Matth. V, 33-37.

(e) I. Thess. V, 22. (f) Tit. II, 8. I. Pet. II, 12. I, 15. I. Tim. III, 6. 7.

ab se impetrare non poterit, ut sodalitio alicui se adiungat, cui ante iuratur, quam cognoscitur quidquam, quodque de suis rebus consiliisque nihil emanare ad alios patitur. Atque id ut obtineat, ius etiam iurandum interponendum censet. Christianus enim non opinione persuasum, sed conuictione perspectum habet, se magistratu obligatum esse, siquidem is requirat, ad rationem (g) de rebus omnibus reddendam. Nihil plane hoc loco exceptum putat. Religio, uitae ratio, studia, labores, paucis, omnia magistratu animo sincero, fide incorrupta, integritate summa exponenda sunt, neque uel fraude, uel mendacio, uel dissimulatione unquam utendum. Atque id officium diuina oracula (h) disertis uerbis ab homine Christiano requirunt. Quod si quis alicui se societati iure iurando obstrinxerit, idemque in uerba magistratus iurauerit; et illa silentium, hic confessionem imperauerit; illa propter religionem iuris iurandi, hic propter eminentiam imperii: Vtram in partem impingendum? Quos ad scopulos haerendum est? Profecto tutiorem uiam Dei uerbum, exemplum CHRISTI, uita sanctorum, mores ecclesiae commendant.

### §. XXV.

*Formido  
poeniten-  
tiae uitan-  
da.*

Constat inter omnes, ususque rerum in dies confirmat, animi nostri aciem augeri, cognitionemque clariori lumine impleri posse. Si quando id malum, aut certe molestum uisum est, quod re ipsa conducere poterat: Videmus dispelli aliquanto post mentis tenebras, fugari opinionem praeiudicatam, abiici errorem turbidum. Si, quod noxam adfert, boni se specie commendarat: Exuimus, interieco temporis intervallo, persuasionem fallacem, clarius uidemus, rectius iudicamus. Atque hoc non tantum

(g) I. Pet. III, 15. 16.

(h) Rom. XIII, 1. 2. I. Pet. II, 13. 15.

in naturae imperio, sed gratiae quoque accidit. Procedendum est Christiano in perspicientia (*i*) ueri rectique. Proficiendum in sapientia caelesti. Quod quum ita sit, necessario uitabit Christianus, cuius eum paullo post poenitere queat. Etenim, re nondum explorata, bonam poterat sperare; cognita, uel inter malas poterit, uel certe inter leuiores referre. Vtrumque Christiani nominis excellentia indignum est: Illud sanctitate, hoc grauitate. Operam igitur dabit, ut nihil admittat, quod tardior poenitentia pudorque ulciscatur. Eamque ob rem malet nullum cum sodalitate incerta commercium habere, quam periculo semet exponere, ne forte aliquanto post dubitationum fluctibus iactetur, aut poenitentiae stimulis pungatur, aut angoribus conscientiae crucietur.

## §. XXVI.

Neque magni ponderis est, quod ad dubitationem extinguendam dici posse uideatur. Nimirum confirmabant forte alii, non esse, cur quisquam meticulosiorem se ostendat. Nihil quidquam religioni, aut imperio ciuili, aut honestati periculi atque iniuriae imminentem. Concedamus, ita esse. At meum, ut hominis, est, non ab alieno iudicio suspensum teneri; sed mea ipsius acie intellectus, quid faciendum, quid fugiendum sit, dijudicare: Certa deliberataque sententia prauum auerlari, rectum sequi. Meum, ut Christiani, est, non alieno, sed proprio uiri lumine: Non aliena, sed mea conuictione niti. Quod PAVLLVS (*k*) etiam confirmat: *Quicquid cum fiducia non fit, peccatum est.* Quumque mira sententiarum sit in-

*Animo  
certo agen-  
dum, non  
dubio.*

D geniorumque

(*i*) I. Cor. XIV, 20.

(*k*) Rom. XIV, 23.

geniorumque diuersitas, neque idem omnibus expetendum aut reiiciendum esse uideatur: Profecto plane inconsultum foret, in aliorum iudicio acquiescere, sibi ius cognoscendi, discernendi, eligendi, quo nihil fere praestantius uel homo, uel Christianus habet, imprudenter leuiterque adimere. Atqui si consentiam in rem mihi nondum certam exploratamque: Iacio aleam, eumque induo animum, ut, siue bona fuerit ea, siue mala, periclitandam putem. Quod quidem animo dubio est, seu conscientia dubia egisse.

### §. XXVII.

Non ueremur, ne quis haec omnia plane in cassum dici putet. Nihilosecius rei illustrandaes cauſa ad antiquam historiam recurramus. Eleusinia sacra nobilissimis scriptoribus memorata sunt. ARISTOTELES (*l*) scribit: *τὰ μυστήρια πατῶν τιμιωτάτη τελετή, Mysteria sūisse omnium honoratissimum solenne.* Erat autem cultus arcanus, quem effari non licebat, *ἄρρητα ιερὰ* ARISTOPHANI (*m*), neque cuiquam de eo uel audire quidquam, uel spectare, nisi initiatis, ac ne percontari quidem fas erat. Si quis mysteria uulgasset, capit is discrimen adibat. Lex (*n*), qua cautum id erat, hac minatur formula: *Τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνῶσαι.* Cui se periculo Diagoras Melius (*o*) exposuerit, quem Atheum cognominarunt, quod ea sacra diuulgasset, extenuassetque plebi; Cui Aeschylus Poëta (*p*), quod in Tragoedia nescio quid iactasset;

(*l*) Rhetor. II, 24.

(*m*) In Nebul.

(*n*) Vid. IO. PHIL. PFEIFFERI Antiq. Gr. I, 43. p. 99. sqq.

(*o*) ARISTOPHAN. in Auib. et Interpr. cius Gr.

(*p*) CLEMENS Alex. L. II. Strom. f. 387.

set; Cui Alcibiades, (q) eiusdem reus criminis, et ab Eumolidis diro carmine deuotus, apud clarissimos scriptores relatum legimus. Neque suspicio abeſt, turpissima fuisse ac detestabilia sacra, eamque ipsam ob rem silentii maximopere indiga. Quod neque obscuris, neque contemnendis auctorum indiciis conſtat: Quamuis pudendum ſolemne miro ſtudio, et exquifitiffima arte, et extremis terroribus celaretur. Iam ſi quaefitionem noſtram excutiamus: An licuerit ea aetate homini et uirtutis amanti, et legum naturae obſeruantι, et rationem ſanam, certam, expeditam ſecuturo ducem, ſacris tam ſuſpectis initiari? de quibus ante ne ſcificitari quidem licebat, & poſt, ni ſilento preſeffet, uitiae metuendum foret: Diuturna conſultatione, quemadmodum decidenda res ac dirimenda fit, non uidebitur opus eſſe. Vix enim Philosophus, acio-re praeditus intelligentia, rectique paullo ſtudiosior, iaciendam aleam tam incertam putauerit. Atque ex iis patet, quae in medium adduximus, eum ſane habere, cur haefitet, grauiſſimas maximique momenti cauſas. Quod quum ita eſſe facile intelligatur, multo uehementius homo Christianus ab eorum commercio, quorum tantope-re intereſt in occulto relinqu, abhorre.

(q) CORN. NEPOS in Alcib.



### *Epiftola*

*Epistola Praesidis  
ad  
Ornatissimum Dissertationis Propugnatorem.*

**I**tane, Praestantissime Iuuenis, etiam Tu periculum faciundum, cathedram adscendandam, pugnam ineundam putas? Maecē Tuo consilio! Non reformatio*n*a iſta Tibi alea eſt. Parant se alacria et excitata ingenia ad res maiores. Attulisti ad nos pulcrum Hebraeae Graecaeque linguae cognitionem. Attulisti egregiam elementorum doctrinae Christianae peritiam. Didiceras iam ex VENERABILI sene, PARENTE Tuo, pietatis interesse, ut ne ueritas maculetur; Veritatis, ut ne pietas prodatur. Confirmauimus, ut confido, his in rebus Tibi animum. Quo praeterea paſto ingenium exculeris, quod incogitando acumen acquisteris, quam in disputando alacritatem habeas, ultimum specimen declarabit, quod editurus es. Quo in genere quum priuatim iam Te exercueris, non eſt, cur dubitem, quin cessura pulcre omnia ſint. Itaque gratulor. Tibi, et gratulor meo quodam iure. Gratulor etiam VENERABILI Tuo PARENTI, cuius exſpectationem fallere nefas foret. Duit Deus, ut caeleſtis gratia toto Tuo animo potiatur, omniaque Tua litterarum ſtudia ſoli CHRISTO O. M. conſecrata maneant. Vale. D. Altonae prid. Kal. Aprilis, CICICCCXLIII.



*adſigat*

\*\*\* \*\*\* \*\*\*

**G**ewiss, geehrter Freund, heut ist bekandt gemacht,  
 Dass Du es schon sehr weit durch Deinen Fleiß gebracht;  
 Man muß Dir ißt den Kranz, den Siegeskranz bereiten,  
 Du kanst die schönste Schrift mit grossem Ruhm bestreiten.  
 Du kanst also geehrt aus unserm Elbathen  
 Zu jener Musenschaar, dort an der Saale, gehn.  
 Dort kanst Du Deinem Fleiß noch weitre Grenzen setzen,  
 Und Dich, woran Du nur Gefallen hast, ergözen.  
 Ich seh es schon voraus, dort blüht für Dir ein Glück,  
 Du kommst zu uns gelehrt mit vielem Ruhm zurück,  
 Du dienest Deinem Gott, Du trittst in jenen Orden,  
 Der zu des Menschen Wohl von Gott gestiftet worden.

Dieses wolte seinem werthesten Freunde zu einem  
 geneigten Andenken hinterlassen

**M. H. Zingelmann, Opponens.**  
 der Gottesgelahrtheit Beslissener.

**B**erstand und Klugheit sind, die Deinen Fleiß bezeugen,  
 Dein Fleiß, o Werther Freund, hat Deinen Ruhm vermehrt.  
 Kunst und Geschicklichkeit machst Du Dir recht zu eignen,  
 Ja, Deine Seltenheit, hat uns viel Lust bescheert;  
 Drum fahre ferner fort, und fröhne Deine Jugend  
 Mit Glanz, mit Lob und Ruhm, und mit rechtschaffner Eugend.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte bey seinem  
 werhesten Freunde ein geneigtes An-  
 denken erwecken.

**Nic. Martens, Opponens.**  
 S. S. Theol. Stud.

82  
 \* \* \* \* \*  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000  
 1001  
 1002  
 1003  
 1004  
 1005  
 1006  
 1007  
 1008  
 1009  
 1000  
 1001  
 1002  
 1003  
 1004  
 1005  
 1006  
 1007  
 1008  
 1009  
 1010  
 1011  
 1012  
 1013  
 1014  
 1015  
 1016  
 1017  
 1018  
 1019  
 1010  
 1011  
 1012  
 1013  
 1014  
 1015  
 1016  
 1017  
 1018  
 1019  
 1020  
 1021  
 1022  
 1023  
 1024  
 1025  
 1026  
 1027  
 1028  
 1029  
 1020  
 1021  
 1022  
 1023  
 1024  
 1025  
 1026  
 1027  
 1028  
 1029  
 1030  
 1031  
 1032  
 1033  
 1034  
 1035  
 1036  
 1037  
 1038  
 1039  
 1030  
 1031  
 1032  
 1033  
 1034  
 1035  
 1036  
 1037  
 1038  
 1039  
 1040  
 1041  
 1042  
 1043  
 1044  
 1045  
 1046  
 1047  
 1048  
 1049  
 1040  
 1041  
 1042  
 1043  
 1044  
 1045  
 1046  
 1047  
 1048  
 1049  
 1050  
 1051  
 1052  
 1053  
 1054  
 1055  
 1056  
 1057  
 1058  
 1059  
 1050  
 1051  
 1052  
 1053  
 1054  
 1055  
 1056  
 1057  
 1058  
 1059  
 1060  
 1061  
 1062  
 1063  
 1064  
 1065  
 1066  
 1067  
 1068  
 1069  
 1060  
 1061  
 1062  
 1063  
 1064  
 1065  
 1066  
 1067  
 1068  
 1069  
 1070  
 1071  
 1072  
 1073  
 1074  
 1075  
 1076  
 1077  
 1078  
 1079  
 1070  
 1071  
 1072  
 1073  
 1074  
 1075  
 1076  
 1077  
 1078  
 1079  
 1080  
 1081  
 1082  
 1083  
 1084  
 1085  
 1086  
 1087  
 1088  
 1089  
 1080  
 1081  
 1082  
 1083  
 1084  
 1085  
 1086  
 1087  
 1088  
 1089  
 1090  
 1091  
 1092  
 1093  
 1094  
 1095  
 1096  
 1097  
 1098  
 1099  
 1090  
 1091  
 1092  
 1093  
 1094  
 1095  
 1096  
 1097  
 1098  
 1099  
 1100  
 1101  
 1102  
 1103  
 1104  
 1105  
 1106  
 1107  
 1108  
 1109  
 1100  
 1101  
 1102  
 1103  
 1104  
 1105  
 1106  
 1107  
 1108  
 1109  
 1110  
 1111  
 1112  
 1113  
 1114  
 1115  
 1116  
 1117  
 1118  
 1119  
 1110  
 1111  
 1112  
 1113  
 1114  
 1115  
 1116  
 1117  
 1118  
 1119  
 1120  
 1121  
 1122  
 1123  
 1124  
 1125  
 1126  
 1127  
 1128  
 1129  
 1120  
 1121  
 1122  
 1123  
 1124  
 1125  
 1126  
 1127  
 1128  
 1129  
 1130  
 1131  
 1132  
 1133  
 1134  
 1135  
 1136  
 1137  
 1138  
 1139  
 1130  
 1131  
 1132  
 1133  
 1134  
 1135  
 1136  
 1137  
 1138  
 1139  
 1140  
 1141  
 1142  
 1143  
 1144  
 1145  
 1146  
 1147  
 1148  
 1149  
 1140  
 1141  
 1142  
 1143  
 1144  
 1145  
 1146  
 1147  
 1148  
 1149  
 1150  
 1151  
 1152  
 1153  
 1154  
 1155  
 1156  
 1157  
 1158  
 1159  
 1150  
 1151  
 1152  
 1153  
 1154  
 1155  
 1156  
 1157  
 1158  
 1159  
 1160  
 1161  
 1162  
 1163  
 1164  
 1165  
 1166  
 1167  
 1168  
 1169  
 1160  
 1161  
 1162  
 1163  
 1164  
 1165  
 1166  
 1167  
 1168  
 1169  
 1170  
 1171  
 1172  
 1173  
 1174  
 1175  
 1176  
 1177  
 1178  
 1179  
 1170  
 1171  
 1172  
 1173  
 1174  
 1175  
 1176  
 1177  
 1178  
 1179  
 1180  
 1181  
 1182  
 1183  
 1184  
 1185  
 1186  
 1187  
 1188  
 1189  
 1180  
 1181  
 1182  
 1183  
 1184  
 1185  
 1186  
 1187  
 1188  
 1189  
 1190  
 1191  
 1192  
 1193  
 1194  
 1195  
 1196  
 1197  
 1198  
 1199  
 1190  
 1191  
 1192  
 1193  
 1194  
 1195  
 1196  
 1197  
 1198  
 1199  
 1200  
 120

01 A 6519



3

Skr. 7 = Zschr.

56.

RW. J

K





Q. D. B. V.

QVAESTIONEM:

*VTRVM QVIS SALVO OFFICIO  
SOCIETATI NOMEN DARE POSSIT,  
CVIVS LEGES ET INSTITVTA ANTE  
PRAESTITVM IVS IVRANDVM  
PLANE IGNORAT?*

PRAESIDE  
**IO. ADAMO FLESSA**  
REGII CONSIST. ADSESSORE, S. THEOL. PROFESS.  
AC GYMNASII ACADEMICI DIRECTORE

IN  
GYMNASIO ACADEM. ALTONANO  
D. V. APRIL. A. O. R. CICDCCXLIII.  
H. L. Q. C.

DISQVISITIONI EXPONET  
ACADEMIAE CANDIDATVS  
**ANDREAS CHRISTIANVS**  
**PLVTSCHAV**  
BEYDENFLETHA HOLSATVS.

LITTERIS KOENIGIANIS.

XX

20